ustini epi a sardinia transtulit & in urbē ticinensē
cū debito honore sepeliuit. Idē rex rauennā obse
dit classē inuasit atq; destruxit. Capitl̄. Carolus
princeps decimo anno regni sui cū baioariis
pugnauit eosq; uicit. Idē rex quinto decimo
anno regni sui alamanniā ingressus contra lant
fridū dimicauit. & sibi eandē gentē subiecit
Sexto decimo anno regni sui uuasconē ingressus
eudonē ducē aquitanię bello perterruit. Capitvla.
xviii^mo anni sarraceni ex ispania cū uxorib; & paruulis
uenientes. aquitaniā galliae prouinciā quasi in ea
habitaturi intrant. Carolus quidē ut dictū ē cū eu
done aquitanię principe tūc discordiā habebat. Quam
in unū se coniungentes contra eosdē sarracenos pari
consilio dimicant. Nā irruentes franci sup eos ccc
lxxv milia exceis interfecerunt. Eudo quoq; sup eorū castra
irruens pari modo multos interficiens omnia de
uastauit. Mille tantū quingenti ceciderunt ex francis
ut in epistola ab eudone missa gregorio papae de eadē
victoria continetur. Capit. Ea tēpestate leo im
perator. scorum immagines depositas incidit. ro
manoq; pontifici gregorio pontifici similiter facere si suā
uellet habere gratiā mandauit. Sed pontifex hoc
facere contempsit. Omnis quoq; rauennae exercitus & uenetiarum
talib; iussis uno animo restiterunt. & nisi pontifex eos
prohibuisset. aliū imperatorē sup se constituerent.
Eodem tēpore liutbrandus rex castra emiliae feronianū & pen
tapolim aximūq; inuasit. Sed post aliquot dies romano
pontifice elaborante romanis reddita sunt. Capit.

Karlsruhe LB. Aug. CCXXXII

dendū coactus fecerat. nec sacramentū ee dicendū qđ ɔtra
salutē rei publicę quamuis cū multis exsecracionib; fuerit
ꝓbatū. His exortationib; principis animi ad rediuiua cer
tamina ꝓuocat; Tam ne a suis periurus diceret. nequa
quā ipse ɔtra tirannū ꝓcedit. sed reginā cū exercitu diri
git; Adalgisus certis iudiciis colligens bellū ad usū se sum
mis uiscerib; parari hosteq; se ac tirannū ee denunciatū
suę nequicię conscius metu percellit. & spē uitę in fuga
ponens. in corsicā insulā secessit ibiq; ad tēpus delituit;
Anno domini incar. DCCCLXXIIII. locustarū inestima
bilis multitudo in se augusto abhoriente ueniens totā
pene ꝑuastauit galliā; Quę maiores erant. quā cęterę
locustę. habebantq; sena alarū remigia. Et mirū dictu
ut castrorū acies distinctis ordinib; ꝑ aera ferebant
& terrę incubentes castra metebant; Duces cū paucis exer
citū itinere unius diei ꝑibant. quasi loca apta multitu
dini ꝓuisuri; Circa horā nonā ubi duces pridie uene
rant insidebant; Nec a loco occupato mouebant. quo usq;
sol suū repsentaret ortū. Tunc turmas suas ꝓficebant.
ut in paruis animalib; disciplinā militarē cerneres.
Segetib; uescebant. quę ab eis ita depastę sunt ut uelut
immani tempestate consūtę uiderent. Spaciū diur
ni itineris quatuor aut quinq; milib; extendebat.
Peruener aut usq; mare brittannicū. supficiē terrę coo
perientes. In quo dō uolente uiolati uentorū flatu in
pulsę atq; in ꝓfundū absportatę dimersę sunt; Ęstu
uero atq; refusione oceani reiectę. litora maritima
repleuer. Tantaq; congeries facta ē ut ad instar mon
cium cumulatę coaceruarent. Ex earū fetore.

Karlsruhe LB. Aug. CCXXXII